



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Præfatio.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

*Ablutio digitorum.*

**D**um extremitates digitorum abluturus vado ad cornu Epistolæ, video Pilatum lavantem manus suas dicendo: *Innocens ego sum à sanguine justi hujus.* Ego autem inter dicendum *Lavabo inter innocentes manus meas,* sciens me reum esse sanguinis JESU Christi, petam, ut imposterum saltem per ejus gratiam innocens frianeam. Ad illa verba: *Dextera eorum repleta est muneribus;* detestor omnes pro pecunia Christum sive spiritualia vendentes, ementes. Ad verba: *Redime me Domine;* in sensu, ab impiis Iudeis diverso, peto; ut sanguis JESU Christi sit super me, confratres, propinquos meos, omnesque homines. Et dum dico: *Suscipe Sancta Trinitas;* peto instanter, ut illa has preces meas in æternum ratas habeat. Et ideo quoque preces aliorum expeto dicens: *Orate Fratres.*

*Secreta:*

**D**um ad Secreta pervenio, recolo quām infanda Dominus de nocte à militibus illudentibus passus sit. Quid Pilatus cum Christo secretò locutus sit, interrogando: *Quid sit veritas, Eccl.*

*Prefatio.*

**D**um dico: *Per omnia secula seculorum;* imaginor mihi altè clamantem, & compassionem in populo erga Christum tam dirè habitum commovere cōnātēm Pilatum dicendo: *Ecce homo, Eccl.* In Præfatione audīo clamantes:

*Solida devotionis exercitia.* 69

*ps : Tolle, tolle, crucifige ; non habemus Regem nisi Cesarem ; si bunc dimittis, non es amicus Cæsar. Ego in compensationem aliquam tot blasphemiarum & injuriarum offero laudes Cherubim & Seraphim ; & cum summo mentis ardore dico verba illa die Palmarum à Judæorum pueris decantata : Benedictus, qui venit in nomine Domini. Hosanna, &c.*

*Canon.*

*A* Dhæc verba : Te igitur Clementissime Pater, procedit JESUS meus è prætorio Pilati Crucem bajulans, & immaniter à militibus tractus usque ad eum, qui dicitur, Calvariæ locum. Apprehenditur in via Simon Cyrenensis, & Crucem portat post JESUM. Ad quod quoque me resolvo. Sequitur turba multa plangentium mulierum, ad quas Dominus dicit : Filia Jerusalem, &c. Venient dies, quibus dicent : Montes & colles cadite super nos. Si in viridi ligno hoc faciunt ; in arido quid fieri ?

*Memento pro Vivis.*

*E*t hinc dum facio Memento pro vivis his illis, rogabo intènse, ut sint & maneant vitidia ligna. Alias enim utique melius iis esset, natos non fuisse juxta emphaticum illud : Beata steriles & ventres, qua non gennaverunt.

*Consecratio.*

*A*D verba : Qui pridie &c. dum hostiam arripio ; JESUS in monte Calvariæ arripitur barbare à militibus, exiuit cum violentia tunica suâ [ unde sanguis copiosus tunicæ, ob tum